

EXORCISMUS IN SATANAM ET ANGELOS APOSTATICOS

LEO PP. XIII EDITUM
PONTIFEX SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIAE

ECCLESIA DEI PROMULGATUM
A. D. IX. MART. MMXX.
TRANSLATIO DIGITALIS

"Inimica vis, instinctu impulsuque mali daemonis cum christiano nomine sueta conflare, certos homines sibi semper adiunxit, in id consociatos, ut traditas divinitus doctrinas dedita opera pervertere, ipsamque christianam rempublicam distrahere funestis dissidiis conarentur. Atque istae velut compositae ad oppugnationem cohortes, nemo nescit quantam Ecclesiae cladem omni tempore attulerint. "

{LEO PP. XIII, INIMICA VIS, VIII DEC. MDCCCLXXXII}

Riportiamo in seguito il testo integrale dell'esorcismo di Leone XIII, in lingua latina, utilizzabile seguendo le riportate disposizioni.

L'esorcismo privato può essere recitato privatamente da tutti i fedeli con frutto, da soli o in comune, in chiesa o fuori; sempre se si sia in grazia di Dio e si sia confessati. Non è permesso che i laici recitino l'esorcismo su persone supposte indemoniate. La recita dell'esorcismo, secondo le indicazioni qui riportate, è consigliabile:

- quando si sente che più intensa si fa l'azione del demonio in noi (tentazione di bestemmia, di impurità, di odio, di disperazione, ecc.);
- nelle famiglie (discordie, epidemie, ecc.);
- nella vita pubblica (immoralità, bestemmia, profanazione delle feste, scandali, ecc.);
- nelle relazioni tra i popoli (guerre, ecc.);
- nelle persecuzioni contro il clero e la Chiesa;

Aspergere con acqua benedetta in maniera continuativa, soprattutto ad inizio e fine.

Si esegue un inchino ogniqualvolta si reciti i nomi di Cristo e di Maria

Buona lettura!

† = *Segno di croce*

Recitatur stantes = *in piedi*


Caput inclinatur = *si inclina il capo*

Caput surget = *si rialza il capo*

V = *Capocoro*

R = *Ministranti / popolo*

Genuflectitur = *genuflessione*



In nómine † Patris et Fílii et Spíritus Sancti. Amen.

Psalmus 67 (68) (*recitatur stantes*)

Exsúrgat Deus et dissipéntur inimíci ejus: et fúgiant qui odérunt eum a fácie ejus. Sicut déficit fumus deficiant; sicut fluit cera a fácie ignis, sic péreant peccatóres a fácie Dei.

Psalmus 34 (35) (*recitatur stantes*)

Júdica Dómine nocéntes me; expúgna impugnántes me. Confundántur et revearéntur quaeréntes ánimam meam. Avertántur retrórsum et confundántur, cogitántes míhi mála. Fíant támquam púlvis ante fáciem vénti: et Ángelus Dómini coárctans eos. Fiat via illórum ténebrae, et lúbicum: et Ángelus Dómini persequens eos. Quóniam grátis abscondérunt míhi intéritum láquei sui: supervácue exprobravérunt ánimam meam. Véniat illi láqueus quem ignórat; et cáptio quam abscondit, aprehéndat eum: et in láqueum cádat in ipsum.

Ánima áutem mea exsultábit in Dómino: et delectábitur super salutári suo.

(caput inclinat)

Glória Pátri, et Fílio, et Spíritui Sancto

(caput surget)

Sícut érat in princípío et nunc et semper, et in saécula saéculórum. Amen.

Ad S. Michaëlem Archangelum precatio

(*Genuflectitur, aut stantes*)

Prínceps gloriosíssime coeléstis militíæ, sancte Michaël Archángele, defénde nos in proelio advérsus príncipes et postestátes advérsus mundi rectóres tenebrárum harum, contra spirituália nequitíæ, in coeléstibus. Veni in auxiliúm hóminum: quos Deus ad imáginem similitúdinis suæ fecit, et a tyránnide diáboli emit pretío magno. Præliáre hodie cum beatórum Angelórum exércitu proélia Dómini, sicut pugnásti ólim contra ducem superbíæ lucíferum, et ángelos ejus apostáticos: et non valuérunt, neque locus invéntus est eórum ámplius in coélo. Sed projéctus est draco ille magnus, sérpens antíquus, qui vocatur diábolus et sátanas, qui sedúcit univérsum orbem; et projéctus est in terram, et ángeli ejus cum illo missi sunt. En antiquus inimícus et homicída veheménter eréctus est. Transfigurátus in ángelum lucis, cum tota malignórum spirítuum catérva late circuit et invádit terram, ut in ea déleat nómen Dei et Christi ejus, animásque ad æténa glóriæ coronám destinátas furétur, máctet ac pérdat in sempitérnum intéritum. Virus nequitíæ suæ, támquam flumen immundíssimum, draco maléficus transfúndit in hómines depravátos mente et corrúptos corde; spiritum mendáci, impietátis et blas-

phémiae; halitúmque mortíferum luxúriæ, vitiórum ómnium et iniquitátum. Ecclésiám, Agni immaculáti sponsam, favérrimi hostes replevérunt amaritudínibus, inebriárunť absínthio; ad ómnia desiderabília ejus ímpias miserúrunť manus. Ubi sedes beatíssimi Petri et Cáthedra veritátis ad lucem géntium constitúta est, ibi thrónum posuérunť abominatiónis et impietátis suæ; ut percúso Pastore, et grégem dispérdere váleant. Adésto ítaque, Dux invictíssime, pópulo Dei contra irrumpéntes spirituáles nequítias, et fac victóriam. Te custódem et patrónum sancta venerátur Ecclésia; te gloriátur defénsore advérsus terréstrium et infernórum nefárias potestátes; tibi trádidit Dóminus ánimas redemptórum in supérna felicitáte locándas. Deprecáre Deum pacis, ut cónterat sátanam sub pédibus nostris, ne últra váleat captívos tenére hómínes, et Ecclésiæ nocere. Offer nostras preces in conspéctu Altíssimi, ut cito antícipent nos misericórdiæ Dómini, et apprehéndas draconem, serpéntem antíquum, qui est diábolus et sátanas, ac ligátum mittas in abyssum, ut non sedúcat ámplius gentes. Hinc tuo confísi præsidio ac tutela, sacra sánctæ Mátris Ecclésiæ auctoritáte, ad infestatiónes diabólicæ fráudis repelléndas in nómine Jesu Christi Dei et Dòmini nostri fidéntes et secúri agrédimur.

V - Ecce Crucem Dómini, fúgite, partes advérsæ;

R - Vicit Leo de tribu Juda, rádix David.

V - Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos.

R - Quemádmóduť sperávimus in Te.

V - Dómine, exáudi oratióneť meam.

R - Et clámor meus ad te venia.

Orémus

Deus, et páter Dómini nóstri Jesu Christi, invocámuť nómen sánctum tuum, et cleméntiam tuam súpplíces expóscimus: ut per intercessióneť immaculátae semper Vírginis Dei Genitrícis Maríae, beáti Michaélis Archángeli, beáti Jóseph ejúsdem beátae Vírginis Sponsi, beatórum Apostolórum Pétri et Páuli et ómnium Sanctórum, advérsus sátanam, omnésque álios immúndos spíritus, qui ad nocéndum humáno géneri animásque perdéndať pervagántur in múnđo, nóbis auxiliuť praestáre dignéris. Per eúndem Chrístum Dóminum nóstrum. Ámen. Exorcizámuť te, ómnis immúnde spíritus, ómnis satánica potéstas, ómnis incúrsio infernális adversáarii, ómnis légio, ómnis congregatió et secta diabólica, in nómine et virtúte Dómini nostri Iesu † Christi, eradicáre et effugáre a Dei Ecclésia, ab animábus ad imáginem Dei cónditis ac pretiósó divini Agni sángine redemptis †. Imperat tibi Deus Altíssimus †, cui in magna tua supérbia te símilem habéri adhuc præsumis; qui ómnes hómínes vult salvos fieri, et ad agnitióneť veritátis venire. Imperat tibi Deus Pater †; Imperat tibi Deus Fílius †; Imperat tibi Deus Spíritus Sanctus †. Imperat tibi majéstas Christi, ætérnum Dei Verbum caro factum †, qui pro salúte géneris nostri tua invidia pérđiti, humiliávit semetípsum factus obédiens usque ad mortem; qui Ecclésiám suam ædificávit supra firmam pétram et portas ínferi advérsus eam numquam esse prævalitúras edíxit, cum ea ipse

permansurus omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Imperat tibi sacramentum Crucis †, omniumque christianae fidei Mysteriorum virtus †. Imperat tibi excelsa Dei Genitrix Virgo Maria †, quae superbissimum caput tuum a primo instanti immaculatae suae Conceptionis in sua humilitate contrivit. Imperat tibi fides sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ceterorumque Apostolorum †. Imperat tibi Martyrum sanguis, ac pia Sanctorum et Sanctarum omnium intercessio †. Ergo, draco maledicte et omnis legio diabolica, adjuramus te per Deum † vivum, per Deum † verum, per Deum † sanctum, per Deum, qui sic dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam; cessa decipere humanas creaturas, eisque aeternae perditionis venenum propinare: desine Ecclesiae nocere et eius libertati laqueos injicere. Vade, satana, inventor et magister omnis fallaciae, hostis humanae salutis. Da locum Christo, in quo nihil invenisti de operibus tuis: da locum Ecclesiae unae, sanctae, catholicae et Apostolicae, quam Christus ipse acquisivit sanguine suo. Humiliare sub potenti manu Dei; contremisce et effuge, invocato a nobis sancto et terribili Nominе Iesu, quem inferi tremunt, cui Virtutes caelorum et Potestates et Dominationes subiectae sunt; quem Cherubim et Seraphim indefessis vocibus laudant, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.

V - Domine, exaudi orationem meam.

R - Et clamor meus ad te veniat.

Oramus

Deus caeli, Deus terrae, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Patriarcharum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Confessorum, Deus Virginum, Deus qui potestatem habes donare vitam post mortem, requiem post laborem: quia non est alius Deus praeter Te, nec esse postest nisi Tu, creator omnium visibilium et invisibilium, cuius regni non erit finis: humiliter maiestati gloriae tuae supplicamus, ut ab omni infernalium spirituum potestate, laqueo, deceptione et nequitia nos potenter liberare, et incolumes custodire digneris. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Ab insidiis diaboli, libera nos, Domine.

V - Ut Ecclesiam tuam secura tibi facias libertate servire,

R - Te rogamus, audi nos.

V - Ut inimicos sanctae Ecclesiae humiliare digneris

R - Te rogamus, audi nos.

In nomine † Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Aspergere il luogo con acqua benedetta †